

Quamobrem in spem adducti sumus, viris doctis grata atque accepta esse futura, quae in scriptione hac qualicunque

dere, idem quod Graccorum *σχίσμα*, unde расколъ i. q. *σχίσμα*), sive, quod sibi nomen ipsi dedere, *Starowierzi* (Старовѣры) i. e. priscæ fidei addicti, vel etiam *Staroobřädzi* (Старообрядцы) i. e. priscas caerimonias servantes, collegii prae caeteris cl. *Strahlus* in egregia dissertatione, quae, ex ipsis Rossicis fontibus hausta, priores hac de re in lucem emissas longe superat, inscripta: *das Sectenwesen in der Griechisch-Russischen Kirche*, in ephemeridibus historico-ecclesiasticis *Stäudlini*, *Tzschirneri* et *Vateri* sub titulo: *Kirchenhistorisches Archiv*, annis 1824 et 1825 editis, denuo typis excusa in ipsius autoris libro praeclaro: *Beiträge zur Russischen Kirchengeschichte*, B. 1, Halle 1827. Cf. ejusdem librum inapprime editum: *Das gelehrte Rußland*, Leipz. 1823 variis locis, et indicem libri sub voce: *Raskolniks*.

Quibus ex recentioribus addendus liber Rossicus: Полное историческое извѣщеніе о древнихъ Стригольникахъ и новыхъ Раскольникахъ etc., собралъ Протоіерей Андрей Іоанновъ (Журналь). С. Петерб. 1795, 4 Частей, i. e. Vollständige historische Nachricht von den alten Strigolniks und neuen Raskolniks, die sich Altgläubige nennen u. s. w., Petersb. 1795, 4 Th., de quo cel. *Schlözerus* in ephemeridibus Göttingensibus (Göt. gel. Anzeigen, J. 1802, Bd. 2, St. 106, S. 1049) fusius remittit; deinde plures adhuc, quos *Smirdinus*, bibliopola, in Catalogo bibliothecae suae Rossicae (Російскія Россійскимъ книгамъ для чтенія изъ библіотеки Александра Смирдина, С. Петерб. 1828) P. 22—25, enumerat.

Fontem insuper haud negligendum, imprimis externae harum sectarum historiae, praebent edicta, singulis temporibus ex Augustissimi